

Annus Christi 783.

Hadriani Pont. 12.

Caroli M. Franc. Reg. 16.

Exercitâ à Carolo in rebelles severitas, non tam pacavit, quàm Widekin- exacerbavit Saxones; totamque rursus gentem concivit ad arma, ex- dum in trema jam velut ex desperato tentaturam. Ac nemo furiosior Wide- Saxones kindo. Is per inferiorem Saxoniam ac Frisiam effusus, Willehadum sævien- Wigmodiâ, Ludgerum è Frisia ejecit: Ceteri Sacerdotes per Trenti- tem am aut trucidati, aut conquisiti ad necem, aut depulsi in exilium; quâ Ann. Franc. procellâ multorum Christianorum sanguine litatum. Et hic barba- Vita S. Wille- ræ gentis terror Sacerdotes quoque harum regionum perculit; cœ- hadæ à Phil. Casare edita. ptaque messis sacra rursus turbata est.

Ad hanc rebellionis famam sævitiamque Saxonum excitus Ca- Carolus, abrupto properè luctu Hildegardis conjugis, quam pridie Carolus Calend. Maji amiserat, Rhenum cum exercitu transgreditur, atque in memora- Westfaliam properat. Jam Widekindus, Visurgi trajecto, in Teutoni- bili victo- cis montibus cum Saxonum exercitu stabat, certus prælio decertare, riâ com- si Carolus ausurus esset. Adeo superiori ad Mindam victoriâ inflatus primit, confidebat, vinci à se Francos posse. Nec segnior Carolus exercitum in montes Teutonicos educit; eâdemque in planitie, quâ Arminius Varum, ipse Widekindum ad Dehtmoldiam assequitur; prælioque acerrimo congressus prope ad internecionem delet; quando ex innumera Saxonum multitudine, ut Francorum annales perhibent, paucos admodum fuga cum Widekindo servavit.

Quæ tam illustris victoria primos eorum temporum Christia- A primis nos eò impulit, ut haud procul à loco prælij, gratâ in Deum memo- Saxonie riâ, ædem sacram in monte construxerint, quæ capella divini auxiliij Christi- appellata est: Vulgus *Montem sancti adjutorij* dixit, ob cœleste bene- anis, ere- ficium, ut Crantzius memorat, quo Deus pugnanti Carolo in anci- cto Sancti piti prælio adstitit. Monumentum sanè omni tropæo illustrius, quod adjutorij ad Crantzij ætatem cultu religionis, & vicinorum populorum acces- Sacello, su, multisque cœlestibus beneficijs, ac miraculis conspicuum persti- celebratâ. tit; & quò, ut fasti perhibent, ex urbe Tremonienfi frequens quotan- nis populi supplicatio ducta, atque ab omni retro memoriâ ad annum Christi 1548. continuata est. Post quæ deinde tempora, quia hæresis ea Comitatus Lippiensis loca Majorumque religionem corrupit, & peregrè eò venientes ludibrijs divexavit, intermissa majorum pietas. Ipsa deinde ædes sacra, quæ in monte S. Antonij, inter Dehtmoldiam & Osterholtium, monstratur, collapsa, nil nisi rudera exhibet. Adeo hæresis non modò sacrorum monumenta, sed ipsa etiam Caroli M. tropæa è conspectu posterorum sustulit, antiquitatis non minùs quàm religionis perturbatrix. Sed